


## DE CONSERVANDA

Et sicut spodium rationem habet siue respectum e-  
patis ipsum confortando, ita sunt & alie medicine  
que habent similem aspectum & proprietatem con-  
fortandi alia membra singularia, ueluti macis cor,  
moschus cerebrum, glycirriza pulmonem, cappa-  
ris splenem, & galanga stomachum, unde uersus:

Gaudet cpar spodio, mace cor, cerebrum quoq;  
Moscho. (ga.

Pulmo liqueritia, splen capp. stomachusq; galan

## DE SALE. CAPVT LI.



**V**As condimenti præponi debet e-  
denti.

Sal uirus refugat, rectè insipidumq; sa-  
porat,

Non sapit esca satis, quæ datur absq;  
sale. (rant.

Vrunt res falsæ uisum, semenq; mino-  
Et